fastigia &c. Interrogabitis quare ad locupletiores Magistratuum Praefecturas vesana contendat mortalitas, quare nummos congerat, census augeat, praedia amplificet, et habito responso haec operari, quia haec eadem consecuta felicitatis palmam contigisse cupiat. Illa prosequimini: nos ... mente, ac consilio destitutos appello, quod ad felicitatis argumentum haec animo fingitis, et a caduca atque mortalique bonis honestarum rerum prosperitatem petitis. Quis enim non videt, planeque non sentit &c. Per figuram interrogationis ostendetis invidiae mala, quae pati solent in dignitate constituti, praedonumque insidias, a quibus se tueri coguntur divites. Deinde sic. Una profecto una virtus est, quae ad bene beateque vivendum sufficit, in qua omnia tranquillae vitae commoda, ~~nec spes quisquam possidere~~ atque ornamenta complena sunt &c. Declarabitis omnia vitae tranquillae commoda sita esse, primo per negationem, negando mala quibus ipsa caret, deinde per affirmationem afferendo omnia illa bona, quibus hominis vitam explet, et cumulat. Quae cum ita sint vestros examinor (?) condiscipulos, ut abjectis honorum divitiarumque cupiditatibus, virtutem contemplentur, quam illa unica seminant quae vos ad certam vitae tranquillitatem perducat. ~ ~ ~ ~

Fortunae inconstantia in Bellisario

Institute Narrationem, in qua virum Bellisarii ex ponetis, qui exercitus Imperator factus a Iustiniano Imperatore egregie munere suo ... devictis innumeris hostibus, Persis in Oriente, Gotis in Italia, Vandalis in Africa, tandem invidorum calumniis depressus, rebus omnibus, ac dignitatibus fuit ab Imperatore spoliatus, oculis orbatus, et victum emendicare coactus ——— B

E quale o Adamo, e quale esecrabile eccesso commetter ti veggo io, che non sarà mai da tutti i secoli che verranno abbastanza compianto. Dunque tu maneggi incautamente l'infausto pomo, nè lasci con avido occhio di rimirarlo! Così dunque ti fidi al tuo estremo periolo, e con volontario animo accetti quello, di cui per sempre dovrai pentirti! Ah getta, getta lontano il micidial dono dell'infida Consorte. Nè più ti muovano le astute di lei lusinghe, che la voce onnipotente di Dio che ti vieta ricevello. Cosa ti gioverà l'avere a lei aderito? Qual da tanta scelleratezza ... pensi, e commendazione dalla tarda posterità riceverai? ... con questi esempj a nascenti figliuoli insegni la via della virtù, e l'immortalità della vita? Oh incauto consiglio di un breve!

Ah folle curiosità di sapere! Se mangi, o uomo, che pensi tu poi d'imparare? Ah imparerai, o misero, imparerai, ma o quanto gioverebbe il non aver imparato. Imparerai solo il bene di cui facesti una perdita sì deplorabile. Imparerai il male del quale ti scorgerai da tutte le parti assediato. Ah che dunque sospeso resti? a che tremulo fuor dagli interni labbretti resa tremante la porta mano alle labbra s'interrizzisce. Ah getta, getta lontano il pomo così fatale, e piuttosto che considera ciò che la natura istessa t'interroga. Mira la terra, dalla quale testé sei nato, che presaga del tuo misfatto, si commove, e sconvolgesi, e già apre il suo seno, e già triboli, e spine ti partorisce. Mira il sole, che anch'esso abborre il vietato cibo, e sta in procinto di denegarti i suoi benefici raggi. Mira l'ingrato fin ora odiato spettro di morte, da qual moltitudine immensa di fatiche, e dolori cinto a tergo ti preme, e tenta ridurti in sua podestà, per fare di te preda, e sterminio. O quante amarezze, e per farti esperimentare la vana dolcezza di questo frutto. Deponi adunque, o il desiderio di farne pasto, o almeno il [illegible] de [illegible]. Ma che dirò di Padre, se l'animo di un nemico ammollirebbero in vero le lagrime, e i sospiri de' perduti nipoti. Ma te niente muovono le minaccie di Dio mentre l'orror

della morte, niente l'amor di te stesso, niente il pianto, e i dolori de' figliuoli! Ah dove ti guida la voracità della gola! Tu mangi è vero, ma il flagello di Dio già ti sta sovra il capo per affligerti.

Dove corro infelice, ora che discacciato trovomi da questi ameni luoghi, ne' quali ogni sorte godeva di bene, e felicità!! Ecco infine a qual miserabile stato mi ha condotto il mal nato appetito di saper troppo. Ad ogni passo che muovo, parmi che mille spettri mi si facciano incontro, per farmi perder la vita; ad ogni fronda, che cada, sembrami una saetta dal Ciel vibrata, che fulmini sull'innobediente mio capo, ogni vento che spiri, ogni augello che canti, ogni pesce che nuoti, la terra, il fuoco, il sole, la luna, le stelle, par che mi rinfaccino il mio delitto, e vogliano vendetta prendere dell'attentato sacrilegio commesso contro di Dio. Oh memoria troppo per me crudele del mio peccato, che ad ogni momento mi rappresenta, quanto io perdei!! Chi più di me poteva immaginarsi felice!! Di quai dolcezze non era io allora ricolmato? le delizie io desiderava, e verdure amene, ed acque correnti ed ombrose valli, e fiorite colline, innanzi mi si offerivano, se l'occhio intorno volgeva.

ecco a me col mio cenno tosto obbedienti non sol conigli venire, ma tigri, idoni, e leoni a lambirmi in atto di adorazione le piante. Il cielo sempre sereno, e le tempeste ne loro claustri rinchiuse, le campagne ubertose, temperato l'aere, il mare tranquillo, la terra feconda, e tutto infine stava per me disposto a rendermi beato. Ma ora, o memoria troppo crudele del mio peccato, in qual profondo caduto sono orrendo abisso de mali!! L'ignoranza a conoscere il vero, l'intelletto mi ha ottuso, la concupiscenza a seguire il male, ha inclinata, e sospinta la volontà, perduta l'immortalità della vita, soggetto a pene, e travagli, o peccato peccato, quanto mi costi. Se il piangere continuo valesse a farmi riacquistare il bel paradiso, vorrei ben io fare di questi miei occhi due fonti, e tanto versarne, finchè si fossero disseccate. Ma, oh che dopo il delitto nulla più giova, altro che il pentimento. Spezzati adunque cuor mio se non sei d'alpestra rupe scoppiato, spezzati per lo dolore, che solo puote dal tuo offeso buon Dio ottenere il perdono ——————

B.

De vitæ imbecillitate.

Nascimur omnes, sed heu miseri. Nascimur perituri. Vix beatissimam usuram lucis ingredimur, quod properemus jam

nimium fatum nos urget Ubique Libitina minax se offert, Sicutique Regis ... instat ferrum etc. juvat etc. Prosequimini enume rando plura, quæ ... vitam faciunt, sed maxime proloquut. Etenim ut ait Horatius:

Omnes eodem cogimur omnium
Versatur urna serius ocius
Sors exitura, et nos in æternum
Exilium impositura cymbæ ——— B.

Ad Rhetorices Discipulos Ciceronis Orationem pro lege Manilia adituros

Quam expectatis adolescentes, quam cupitis vehementer sumus adi turi Ciceronis interpretationem Primus ii tandem a recenti studio rum instauratione illuxerit, qui vobis affert initium jucun dissimæ exercitationis, ac primum, ut ita dicam, in eloquentiam aditum aperiet. Quare vestro propre jure lætandum vobis est nunc, vos tandem nactos esse vestris in studiis proficiendi tam eximiam opportunitatem. Mihi vero quam bene sperandum de vobis est, uberes vestrum ingenii, et industriæ fructus expectandi. Nolite enim putare alia ratione vos aliquam adsequi posse in eloquentia lau dem, quam unius Ciceronis studio, atque imitatione!

Cum enim omnia, quæ in plures dispersa dicendi ornamenta, et præsidia vix possumus invenire in uno Cicerone præstantissima, ac summa non admiratur? Hunc propterea adolescentes dum ex potestis ducem, et Magistrum, quam egregie facitis? Hunc enim cæteri, qui maxime post illud floruere Rhetores, et Præceptores hujus artis omnia se habere omnia debere uni Ciceroni fateantur oportet. Quid vero nos ipsi in orationibus nostris amplius idem de solemus prædicare, quam quod dicimus ad Ciceronis copiam, et præstantiam accedere? Quem igitur nobis alium Magistrum in eloquentiam proponemus? Nullum certe si nos quidem auditis, præter Ciceronem. Nam quid nos intuemini? An putatis idoneos et nomen, et munus suscepturos? Quid vos ne hortamini, ut nos sequamini, ut ad nostram dicendi rationem vestram conformare studeatis? Verum si quicquid in nobis probandum deprehenditis ex Tulliano fonte depromptum est, siquidem ipsi videmur scire ex magistro didicimus. Quid Rivulos etc. Non ita honoris sumus cupidi, ut hanc nobis laudem tribuamus. Quod si quod nos deceat intelligere velletis, id vera tribuere nobis possumus ut in immitatione Ciceronis, facem, et lumen aliquod vobis præferamus; ut ejus interpretum fungamus munere. Quam

./.

Quam vero et ipsi gauderemus id oneris modo vobiscum suscipere in ejus Orationis interpretatione, quam vos ipsi vel delegistis, vel ad minimum pro lege Manilia quæ una tanta dicendi copia, tanta redundat eloquentia, tam est perfecta, et expolita, tam apta copioso quodam dicendi genere, et ornatissimo, tam opportuna vestrum imitationi; ut cum omnes sint ejus orationes præstantissimæ, tamen facilitate quadam, et omnium virtutum mira collectione hæc vestrum progressionibus magis accomodata esse videatur. Plura de hujus laude orationis non dicam, illud enim est amplissimum legem Manilij de Pompejo persuasisse Populo Romano contra potentissimos, ac eloquentia præstantissimos adversarios, Catulum, et Hortensium, qui legem eandem dissuadere sunt conati; Quid restat igitur nisi ut illud studium, quod summa animorum contentione suscepistis colatis diligentissime. etc. — B.

In festo Divi Ermagoræ. Sacra Oratio in genere Demonstrativo.

-- Bonus Pastor animam suam dat pro Ovibus suis.

Joannis cap: 10.

Socordinaria veterum institutione, qui sapientissime caverunt, ut majorum hominum gesta post mortem celebrarentur. Hoc institutum, dicetis; apud cultas nationes, semper viguisse, Romanos præsertim, et Græcos

idem in Ecclesiam traductum, et a majoribus nostris in nos huc usque transmissum, a quo minime recedendum praesertim ob hoc praecipue nostrae Provinciae patroni, Ermagorae scilicet, a quo Ecclesiae Aquilejensis dignitas, et in nam finitissimasque regiones, Istriam, Carniolam, Carinthiam christianam fides effluxit. Qua propter vos ostensuros esse Divum Ermagoram eum illum fuisse a Christo Domino in Evangelio nomine boni pastoris signatum, qui tria illa munera ab eodem Christo in bono pastore laudata, perfectissima implevit. scilicet educit eas, hoc est eas pascit divini pabulo verbi: cum eminentatem eas vadit, id est exemplo praeit, et animam suam dat pro ovibus suis, scilicet pro gregge sibi comisso vitam impendit.

Pars Prima.

Confirmationi, ab introductione praeludendum est, quo ostendetis Divum Ermagoram ab natione Germanica, vel ut aliis placet à Graeca ortum tirocinare Aquilejae litteras, et Romanos mores auxisse: a Divo Marco Evangelista in fide instructum, Romam adductum, ibique a Beato Petro Appostolo ~~adductum~~ episcopum inauguratum fuisse, inde suam in sede regressum. His praemissis aggredimini confirmationem, quae tota huic eloquimo innitetur. Ille, juxta Evangelica dignota bonus est pastor, qui doctrinae pabulo suas oves pascit illis antheit exemplo, et pro

cui ostium impendit. Sed hec omnia Divus Ermagoras implevit. Ergo etc.

Propositio cum sit desumpta ab Evangelio Ioannis non indiget probatione. Antequam autem Assumptionem attingatis, premittere aliquid de Aquileiensium Idolatria ad quam extirpandam Ermagoras contendebat. Quo circa notandum ab illis precipue in veneratione habitos fuisse Bellenum, quem ut Deum sibi peculiarem adorabant, cui aras, et templum, et Sacerdotum Collegium addixerat, quo nomine illi ciebant Apollinem Protontem, hoc est Iovem tonantem: Phoenicem, scilicet Martem. His addidere Rubiginem, qui segetum rubigini preherat. Faunos, Silvanos, ceridenda Numina Idolatrie descripta, mores Aquileiensium, ut illius effectum subiicite, qui mores non poterant non esse pravi, hoc est avari, obscoeni, inverecundi, effusi etc. Cum ab Idolatrie corruptissima fonte manarent Labores, curas in illis evellendis, aliisque ad regulam Catolice fidei inferendis exantlatas sua oratione difficile persequi attamen eum fructum collegit ut etc. dicetis magnam Civium multitudinem Christo convertisse, inter quos Fortunatum Diaconum tante sanctitatis, ut sibi successorem delegerit Gregorium Patricium Alexandriam nobilem matronam, [illegible] que me carceris custodem Pontianam, quibus accesserunt Protomartyres quatuor, scilicet Euphemia, Dorotea, Tecla, et Erasma. Neque

hic stetit adeo boni pastoris solicitudo, nam memor Christum dixisse: ite in Universum Mundum, et prædicate omni Creaturæ majora adhuc animo volvens statuit ne Civitatis confinia transcenderet, et eas quoque oves, quæ non erant ex suo ovili in proprium adducere. Itaque in Insubriam Sirum et Pompejum qui etc. reliquos adduxit, quos in alias provincias direxit; scilicet Chrisantum, et Fortunatum in Liguriam, alium Fortunatum in Norcum; Proprinum Rhetiam, alios in Japidam, et alios in Istriam, quas oves quamvis finibus dispares, moribus, institutis, et sermone discordes ad unum, eumque verum Deum adorandum ita connexit, ut huc usque perstiterit in fide Quod si mos ille in Ecclesia vigeret, qui jam in Republica Romana invaluerat, et dux quisque ex Parta Provincia sibi nomen adsciveret sicuti ille Africanus, alter Creticus etc. ita Ermagoras plures honoris acciperet titulos nam Insubricus etc. Sic amplificabitis ab effectis Charitatem, tanti boni pastoris, qui cum per se non poterat per alios etc.

Pars Secunda.

Hæc dum ille per se vel per alios agebat, accidit ut Nero ille tirannorum Antesignanus Romanæ Urbi facem subjiceret et pæne inexstinguibili incendio inflammaret, qui ut a se tanti sceleris invidiam averte-

rat auctores ejus cladis Christianos insimulat, et ut calumniæ pon-
dus adjiciat hoc etc. illos etc. describite   a Nerone in Christiano
exercitum. hanc persecutionis rabiem, ab urbe capite facile
in reliquas Romani Orbis Civitates decensuram prætendens Hermago-
ras; quamvis audiret Christum dicentem: cum vos persecuti fue-
rint in una Civitate fugite in aliam, nihil animus boni pas-
toris munus implere decrevit, et ante eas oves vadere exem-
plo, quas divinæ jam doctrinæ, patrione nutriverat; ut si quæ
persecutionis metu deficeret sua constantia præeunte firmaret.
Igitur orationi, jejuniisque fervenius etc. oves suas monet, soli-
citat etc., cumque protomartires martirio functas cælo præmi-
sit, ipse a Sebasto præside correptus durissime cæditur, cumque
interea gratias ageret, et Praesidis derideret sevitiam, jubetur
in eculeo suspendi, et unguibus pectus dilaniari. Inde pectori
candentes laminæ admoventur, atque lampades accensæ ap-
plicantur ad lattera. Suum pastorem Aquilejensis Grex equi
ferens hujusmodi cruciatus divexari seditionem movet. Itaque
ejebat etc. per   . breviter describite hunc carcerem uni-
fere universum. Hoc loci Deus tam boni pastoris sanctitatem

testatam cum velet ingentem splendorem e cœlo demisit, qui etcæ Tali miraculo perculsus Pontianus Carceris custos ejurat inanes Deos et Christum etcæ dicetis ipsum et magnam multitudinem Populi Idololatriam exuere, et Christum etcæ Ermagoras cum multos eorum abluiret baptismate in carcerem a quo exierat ultro revertitur, quem ob crebra miracula Dei sacrarium effecerat. Hæc hucusque dicta veritu disponite, et illa ita expolite figuris, ut probam decus. Oratoriam narrationem.

Pars Tertia.

Mirum sane, cum posset Ermagoras adhibitum e custodia dilabi, neque vitam servare voluisse. Hoc autem illi non erat difficile, cum et carceris custos Pontianus esset, qui alias jam reseraverat fores et hoc omnes fere Cives maxime expeterent. Protelandæ vitæ studium a natura hominibus inditum reperimus. Omnes enim etcæ Oriteridest a contrario omnibus vitam cordi esse, primo a bonis quæ vitam inde a malis, quæ mortem secuntur. Sed ille magis mortem a ebat, quam vitam; non tantum, ut citius evolaret ad gloriam, sed ut tertiam munus a Christo in bono pastore quæsitum obiret.

scilicet ut animam suam daret pro ovibus suis. Christum ille imitari videbat. Audiverat illum e Cruce exclamasse Sitio. Hoc ut communiter S.S. Patres exponunt etc. Hæc sitis Ermagoras, quo-que æstuabat. Igitur cum fuga mortem posset evadere, noluit timens ne suo exemplo oves sibi credita, detrectarent cervicem dare pro Christo. Nec procul aberat mors illa, quam tantopere exoptabat Ermagoras, nam timens Sebastus ne Populus, qui S. Pastoris doctrina, et miraculis multis continuo Christo accedebat, in se ipsum impetum, faceret, speculatorem nocte immittit etc. Describebis S. Martirem fortiter ingulum præbentem Carnifici — 83.

De laudibus Eloquentiæ

Oratio.

Magnum, Auditores, et periculosæ aleæ plenum opus aggredior hodierno die, nec me satis ingenii tenuitatem meamque ut omnium infirmitatem metitum fuisse arbitror, cum de amplissima illa, ac propè divina facultate, quam eloquentiam nominamus, ad disserendum rogatus, propositum ab iis munus, qui apud me auctoritate valeret plurimum, minime repudiaverim. Etenim, cum mecum ipse considero etc. adducenda est metus causa; quam ex ductis a dignitate rei, de qua verba esse

fuerim, et ab imbecillitate vestra, quam similitudine eorum qui fluminis significabitis, respectu maris. Deinde sic. Sed tentanda sors est, et pelagus, ubi latissimum navigandum, etc. qui totum non potest, partem quam saltem potest, attingit eo modo, quo totum qui non potest pelagus partem tentat quam saltem potest. Sed hoc loco exponendum. Venia inde petenda est, si de eloquentia minus, quam par est eloquenter dicetis, et reliquae tandem exordii partes absolvendae.

Ad Confirmationem veniamus, quam copiose per singula eloquentiae munera discurrendo ad exitum perduremus. Sit hoc initium.

Atque in primis ut omnibus pateat, quam digna sit, quae ab omnibus eloquentia commendetur, animadvertite quid sit quasi causa, quamobrem homines a mutis animantibus distinguantur. Neminem quidem latere arbitror hoc totum, quod certe maximum est, a ratione, veluti a fonte quodam profluere, et a mentis quodammodo, atque interprete rationis sermone. Etenim etc. quae bestias nobis longe faciunt inferiores, duo sunt, ratio, videlicet, et sermo. Illa res adversus inter

tigat etia investigatis comprehendit, comprehensas, componit, dissipata colligit, collecta, dividit, presentia recordatur, cernit instantia, futura connectat, et extrema conferens primis, omnium rerum cursum, et eventorum consequentiam notat. Hic vero hæc omnia veluti quibusdam obruta tenebris, rationis lumine manifestat, atque efficit, ut quæ inclusa penitus in pectoribus, atque animis nostris jacerent, illustrata clarissime aliis communicentur. Illam Logica informatis ad disserendi, hunc eloquentiam faciat idoneum ad persuadendum studio eundemque verborum sententiisque locupletat. Quo factum esse dicite, ut eos ex homines esse ducamus, qui non studio, et labore, rationem meliorem faciunt, eosque ab hominum societate removendos, quasi or=

qui sermonem non excolant, sine cujus luce illa vis ingenij mirabilis enitescere non potest, atque idcirco muta potius quædam hominum simulacra, quam homines appellamus. Hinc oratione explicatis attendite, quam jure optimo laudanda sit eloquentia, ex qua tantum ad nos bonum profluxit, ut cogitationes nostras aperire, et ea, quæ vitæ sunt necessaria, tum rogare, tum rogati suppeditare possumus Deinde sic. Redit mihi in mentem atroces illa temporum antiquorum

quibus temporibus in agris homines, passim bestiarum more vagarentur etc. Describite primam illam vitam, quam ducerent homines sine religione antequam in unum locum per dissertos viros congregarentur, deinde attendite, quemadmodum eloquentia ex feris et immanibus mites reddit, et mansuetos.

Hinc luculenter est confirmandum eloquentiam animorum domatricem. Quod praestandum est per exempla dicendo summorum virorum, qui eloquentiae vi feroces hominum impetus fregerunt, eosque ad ... orem consilii rationem amplectandam traxerunt. Hoc modo. Quid mirum igitur, si eloquentiam tantum se inde in animos hominum insinuaverit, ut eos quocumque vellet, raperet, effrenatam eorum licentiam fregerit, triumphaverit, ut etiam sine dubitatione proprio nomine dici possit, vera, atque unica dominatrix, ac regina animorum? Testem appello Romam, arcem illam, ut ita dicam, et domicilium eloquentiae clarissimum, cum expulsis regibus etc. Populus Romanus exulcerato animo adversus Patres, cum esset propter Tiberim congregatus senatui obtemperare recusaverat, id quod excidium Romani imperii minitaretur, si caeca illa hominum multitudo,

— Etc 2.-

N. 2.

nullo sapiente gubernatore regeretur. Quare Menenius Agrippa, periculo occurrens vi orationis, et furorem plebis restrinxit, et aequo animo ad observantiam senatus traduxit (vide Albertum Leonem pag: 372) Quot laudabilia ipso numero, et utilia inde provenerunt Cato, Galba, Antonius, Crassus, Hortensius, et praecipue Cicero, verbum ut planum fuere. Huc addite Pisistratum, qui eloquentiae nervis Atheniensium imperio potitus est. Temistoclem, qui vi, qua pollebat, dicendi, justum Aristidem sibi reddidit inferiorem, et cum arte congrectum Darij Persarum Regis hostis jus perductus esset, eum sibi conciliavit, et vitam adeptus est. Scipionem Africanum qui annos natus 23 ad gravissima obeunda negotia missus fuit contra Q. Fabii sententiam, qui eum nondum satis aetate judicaverat confirmatum. Modo apostrophem ad eloquentiam converso, ita prosequimini. O eloquentiam singularem superum maximis nobis datum divinitus, atque oblatum! O firmissimum columen humanae societatis! O lumen nitidissimum veritatis! Quis te non diligat, non admiretur, non omni ratione laudandam putet! Quis unquam, aut reperiri, aut fingi potest ab omni scientiarum genere alienus, qui etca. Omnes dicite admirari eloquentiam, in Hyperide acutam, in Isocrate puram, magnam in Livio, in

Dem

Demosthene gravem, omnipotentem in Pericle, qui ita in dicendo exarderet, ut Græciam in stuporem raperet universam. Quinimo tanta erat gravitate præditus, et suavitate verborum, ut perinde quasi ejus vox, vox ipsa eloquentiæ esset, Suada, seu persuasionis Dea, in ejus ore ac faucibus habitare crederetur; tantaque instructus dignitate, et vehementia sermonis, ut tela et vulnera, ut ait Aristoteles, impressa, atque aperta in animis auditorum relinqueret. Quare nil [illegible] ni arbitratu suo Rempublicam gubernaret, et ex sententia de omnibus triumpharet. Cetera vos Eloquentiæ officia percensete ex eisque argumentum ducite amplissimæ laudationis, et concluditeque hanc partem orationis dicendo, nihil aliud pervulgatam illam solemnem denotare famam Herculis Gallici, cujus ore aurea vincula fluere dicebantur, quibus audientium aures illaquearet, nisi eloquentiæ robur maximum, quo in persuadendo uteretur, nec aliud significare veterum poetarum cantus, quibus pe[illegible] fluminum cursus retardasse confictum est, nisi disserendi copiam, et venustatem, qua deserti viri omnia etiam durissima penetrarent, et sibi redderent obedientia. Utilitas modo probanda est, quam humano generi maximam attulit

eloquentia hoc pacto. Quod si ad utilitatem illud ostendendum veniamus, quam maximam rara, incredibilemque hominibus attulit eloquentia, qui nostram hanc animo agressi, a eduro fuerit, qui omni studio, atque industriam ad eam comparandam minime commoveatur? Loquor in primis de iis utilitatis fructibus, quos solent percipere ii potissimum, qui bonarum artium, optimarumque disciplinarum studio dant operam, quorum fructuum eloquentia non caput immerito dici potest: Et nunc quamnam Philosophiae etc. cogitationem haberemus si etc. A Philosophia incipientes, vagamini inde per alias facultates, et scientias, atque ostendite, quam harum omnium cogitationibus nobilissimis jejuni essemus, nisi in omni genere homines extitissent, qui eximia instructi facultate dicendi, ea nobis unde disceremus, tractata dictis prodidissent. Non juris prudentiam, non historiam etc. haberemus. Quae dici possunt de historia vel firmus amplificata. Vide Rhetorices institutiones ubi de Amplificatione per Definitionem pag. 76 in fine, et materiam satis ampliam invenietis. Sed quod caput est sine eloquentia nihil animo conciperemus, quae ad religionis justitiae pietatis cogitationem pertinent: nullo enim diserto viro tradente omnia penitus ignoraremus.

Quot quanti detrimenti esset, verbum nil demonstrare. Deinde in. Sed hæc etsi maxima sunt atque mirabilia, quæ ab hac divina facultate præstantur, tamen non sunt postrema. Volo meum vos paulisper in Curia, in foro in senatu, volo inquam in Imperiis, in præfecturis vel militaribus vel urbanis, aliisque muneribus omnibus, ac procinctis, quæ alicujus fidei vel multorum commissa sunt. Possunt ne sine eloquentia etc quoties non dolemus etc quemadmodum jure lætamur ac merito, quoties eumque aliquos audimus recte perfungi munera; quibus aliqua provincia demandata est, ita dolorem accipimus acerbissimum, cum videamus has easdem res male ac infeliciter propter inscitiam, et inopiam verborum geri. Id amplificandum.

Verum hæc publica, ad privata veniamus. Contigit sæpe, ut moderati principes viri, eruditi, ac politi de rebus magis quam armorum apparatu delectentur, audiant quam libentissime disertos homines de nobilissima facultate quælibet disserentes: cui nisi eloquenti oratori palma tribuenda est? Epistolas commendationis etc, cui etc. Sæpe objurgandus est aliquis, quæ vis, quæ contentio etc. quæ verborum et sententiarum pondera adhibenda sunt.

admonendus alius, quam prudenter, quam artificiose sermonis aspersis monitoriisque humanitate quadam, et suavitate lenienda est. Alius cohortatione inflammandus potest hoc perfici nisi ab eo, qui ardentes moveat orationis faces? mitigandus consolatione dolor animusque moerens a cogitatione malorum abducendus quod orationis flumen, quae varietas in hunc difficile re desideratum. Omitto gratiarum actiones, gratulationes, petitiones, deprecationes, negativa, pericula, in quae honor, fama, res familiares saepe incidunt, quae quantam orationis copiam, quanta eloquentiae ornamenta, quot argumentorum pondera requirant, sciunt, qui haec aliquando, cum tentata sint, nunquam tamen, aut difficillime perficere potuerunt. Videtis quantum in humanis negotiis peragendis, usum obtineat eloquentia. Hinc orationem concludite hortando omnes, ut omni diligentia ad hanc facultatem excolendam incumbant. Haec enim est sine qua recte, eleganterque loqui non possumus: haec, quae dum hominum animos flectit, ad se rapit, et quocumque vult, trahit, haec qua caeterae scientiae lumen splendidissimum mutuantur, a qua Religio, et fides conservantur, defenduntur, propagantur.

Quid? Haec tandem, ayus praesidio omnia sive publica, sive privata negotia bene geruntur, administrandum. Omnes igitur studia in hanc conferant, huic toti se dedant cujusque sint generis homines. Hac indigent senatores, ut recte etc; hac nobiles, ne ignari etc, hac Philosophi ut melius etc; hac mercatores ut epistolas etc; Hunc fere tractatus finem facite. — B.

Studia litterarum etiam ad Virtutem maximum adferunt praesidium.

Si cetera ex studiis litterarum civitatum ornamenta prodirent, et comoda hujus vitae profluerent, ac simul quidpiam detrementi morum probitati, atque discipulorum inferetur innocentiae, male profecto de nobis mereretur, qui haec ipsa studia nobis commendaret, vel diligenter colenda persuaderet. Nam quid unquam esse potest vel ad Patriae splendorem etc. Per comparationem ostendite nihil ornamenti, aut comodi sive Patriae, sive nostrum ipsorum tanto nostro in pretio esse optare, ut ejus causa quidpiam admittamus, quod mores inquinare possit aut animum labefactare. Invertite deinde amplificationem per Opposita, sive Repugnantia ostendite fieri non posse ut aliquid vel veri splendoris, vel hujus vitae comodi, et emolumenti inde proficiscatur, unde aliqua labes animorum

et probitatis inquinamentum possit permanere? Qua ratione constabit ex litteris nihil veri decoris profecturum si inde fęditas aliqua, et turpitudo emerserit. Quid enim vel ad laudem vel ad gloriam civitatis potest conferre, quod cives ipsos abjiciat ad turpitudinem? Quid litterę, etc. [illegible] amicitiae Optationis figura, quam confirmabitis tantum abesse, et ex studio litterarum aliquid fęditatis oriri posse, ut potius plurimum adjumenti accedat virtuti. Ceteras omnes tibi facultates ad eloquentię disciplinam revocate Orationem. Ipsam vero cum artem ~~[illegible]~~ recte vivendi maxime nexam esse, et copulatam aliqua sustentatione, et Ciceronis sententia confirmabitis, cujus ea sunt pręclarissima. Lib. 3 de Oratore vetus quidem illa doctrina eadem videtur et recte faciendi, et bene dicendi magistra, neque disjuncti doctores, sed iidem erant vivendi pręceptores, atque dicendi.

Optabitis forte Adolescentes, ut Heroica illa tempora redirent, atque ad hanc nostram traducerentur ętatem. Verum si bono hoc estis animo, si ita cupitis excolere humaniores litteras, artemque dicendi; ut iisdem prope institutionibus in optima morum disciplina proficiatis, non est cur per antiqua illa secula requiratis. Nihil sane detractum est litteris; nihil studiis eloquentię est modo

abrogatum quoniam esse etc. obduruit enim vox illa vulgi inanissima atque impudentissima etc.

Confutate in hanc partem Amplificationis illorum opinionem, qui sentiebant, atque impudentissime dictitabant lenitatis esse in numerum discipulorum se aliquem dare, ut omnem simul verecundiam abjiceret atque in omnem vitæ licentiam ætatem suam profunderet. Id quam latius explicate. Tum si quispiam tam perversæ opinionis adhuc extaret eundem facile, convinci impudentissimi mendacii pluribus argumentis demonstrate. Primum adducite vestrum ipsorum indolem, probam voluntatem hactenus declaratam etc. Confugetis deinde ad ipsam discipulorum conditionem, qui huc solent confluere. Negatione in primis excludetis ex hoc numero, qui minime hac se recipiunt. Non enim protervus, et dedecus familiarum hic delitescit, non nobis sentinam excutiam et ejectam inter hujusmodi parietes colligimus etc. tum Affirmationem inde catiki spem, et curam præcipuam optimorum parentum nobis tradi excolendam, filios carissimos, quos ipsi unice diligunt, quos ferunt in oculis assidue, quos habent vita sua cariores etc. Patres autem illi suum pignora

./.

hinc gimnasii committerent, si vel certo scirent, vel suspicarentur etc. In medium deinde protuli causas, quibus erecta fuerunt hec a majoribus gimnasia; leges ab iis prescriptas: inductas denique docendi rationes, preceptorum instituta, exercitationes dicendi, que ex morum disciplina videtis pene omnia esse profecta. Hic autem explicatis, brevi collectionem sententiam nostram efficacius insinuate.

Erat mihi in animis defixa, ac menti observatur assidue, preclarissima, ac vere aurea quinctiliani sententia, qui cum suis in Rhetoricis institutionibus illud ipsum querat, quod in hanc nostram questionem venire etiam posset, num moribus discipulorum hec publica in gimnasiis erudito posit afficere: illud quidem in primis decernit, quod nos jure sentimus, atque contendimus: nihil nimium frequentantibus uti par est hec gimnasia hinc posse detrimenti inde, integritati ac morum, castimonie creari, at simul id premittit, atque declarat, quod opere pretium est hoc jure vobis ad verbum referre. Si studiis quidem scholas, inquit, prodesse moribus autem nocere constaret potior mihi ratio vivendi honeste, quam vel optime dicendi videretur. Quod si hac fuit mente Quintilianus etc. Nihil prestare aliud in hac parte

./.

debetis, quam hanc sententiam per comparationem a mi=
nori ad majus insinuare: si Quintilianus id propugnabat divini
prope destitutus luminibus, nos divina instituti religione quanto
id magis, et sentire debebimus, et nostris suadere discipulis? Or=
dine perspicuo, et efficaci ad persuadendum utimini. Conce=
dite Quintiliano in Rhetorices Magisterio omnem praestantiam,
sed eidem detrahite, quę deffectu verę religionis, et fidei non
potuit ipse cognoscere. Quod si tribuimus ei viro, cui tam
incerta spes affulgebat animorum beatitatis, qui tam obscure
ęternitatem perspiciebant, qui ipsam animi originem etc quid
non oportet facere hęc omnia concludite illustri, et perspicua
sententia, qua nos inducetis, nisi ut palam, et libere nobis
edicamus, ut si hęc publica gimnasia, si studia litterarum
nioribus obesse compertis, gimnasia deseratis, scientiis omnibus,
litterisque valedicatis. Verum cum tot abundent hęc gimna=
sia non modo ad optimarum artium, sed etiam animo=
rum, ac virtutum omnium disciplinam percipiendam, et
pręceptis, et institutis et incitamentis et quid tandem occul=
tare illa possint et causę prębere, cui tribuenda sit
discipulorum depravatio? Unum fere audivi, quod solent

obicere, qui a publicis Scholis ingenuam juventutem student deterrere. Id autem est. etc.

Instituta Occupatione illud inducite, et explicate quod solent opponere; qui publicis detrahunt gimnasiis, id autem fere discipulorum frequentia huc studiorum causa confluentium, quos inter dificile est improbum aliquem non inveniri, atque huc sese inferre, et intrudere, ex quo plurimum detrimenti etiam probis immunere nemo non credet. Id fure confutabitis. Primum a Pari comparantes hujusmodi incomodum gimnasiorum cum eo, quod pariter sepe contingit etiam domi. Sepe enim et domus et privatam disciplinam, et familiares conventus, ludos vero precertim, et solatia pervadunt pravi improbique sodales. Hinc argumentamini quod si ea de causa noxia probis moribus, et fugienda censentur gimnasia eadem ratione etc. Addite Comparationi vim majorem, et considerate quam omni in hoc potissimum avigilent curæ, ad quos pertinet moderatio gimnasiorum, ut lapsi hujusmodi et pestes animorum arceantur, et propulsentur ab hujusmodi Scholis. Quod si irrepunt nihil ominus, et subsistunt aliquando, quid erit ceisendum de ceteris locis? Quid erit tam tutum etc.

Postremo quod magis ad intentum conducit, uberius et diligentius explicate. Id videtis omnes. Nam si quispiam in hujusmodi scholis pravi, atque improbi delitescat, in publica emicant luce plurium adolescentum exempla virtutum, si quispiam tegitur moribus inquinatus, plurimi florent omni laude integritatis, innocentiæ, religionis. etc. Hic quærite cur ii, qui in Scholis dicuntur depravari, illud potius velint pervestigare, quod latet, quod pravum est, ut ad illud se recipiant; quam expectat eorum societatem, qui sunt omni virtute commendati. Vos causam investigate nec erit difficile ad propositum vestrum hanc partem absolvere. Non est igitur cur accusent gimnasia, qui adolescentes hinc discipulos erumpere aliquando, ac domum redire conqueruntur, sed magna potius illis gratia habenda est, quorum consilio et sapientia honestissimæ hujusmodi juventutis palæstræ et primum apertæ fuerunt, et nostris etiam temporibus ejusdem patescunt eruditioni; quod ex tanto discipulorum numero si pauci neque certe loci culpa pravi, impudentesque hinc discedunt, plures tamen bonis artibus instituti plerique et liberaliter educati et morum integritate, et omni honestatis laude præstantes evadant. Quæret forte quispiam. etc.

Plancas indicabimus, quamvis non culpa hujus loci, istic tamen tedius depravari: aliquem propterea induxit quaerentem quid in causa hujus depravationis ~~aliquem propterea~~ vere sit Primum non difficile id pare invenire confirmat; non quaerentem adhu= duxit ad vitam recognoscendam eorum discipulorum, qui facilius in vitia solent provenire. Hos vero omni simul diligentia, et elegantia deffinite, seu potius describite ab eorum vitae rationibus, quae palam sese produnt: ab otio videlicet in primis, et ignavia a studio voluptatum, a molli ipsorum vita, et effeminata ab odio omnis laboris etc. Prosequamur vero hoc munere vos estis perfuncti, pulcre ut hos ipsos adolescen= tes vivum magis expressa depictosque oculis auditorum subjiciatis elegantissimos Horatij versus in medium adferetis, qui hos ipsos ita loquentes induxit.

Nos numerus sumus, et fruges consumere nati
Sponsi Penelopes, Nebulones, Alcinoique
In cute curanda plus aequo operata juventus
Cui pulcrum fuit in medios dormire dies, et
Ad strepitum Citharae cessatum ducere curam.

In hac adeo tenera et molli vita, quis locus virtuti, probis= que moribus esse potest! Quis non intelligit quam hinc facile

omnis turpitudo proficiscatur, omnia gignuntur malefacia, et adolescentum perniciés emanet!? Quod si omnia ad caput ne- rum libet referre, nōne tandem otium, quo hic non nulli marcescunt, foventque insanas, intemperantesque voluptatum cupiditates fædam hanc vitam parere, et ad omnem nequi- tiam discipulos incitare, et perdere omnem ætatem reperie- mus. Otium igitur ignavissimum etc.

Quod jam proposuimus rursum confirmate, et otio videlicet eorum adolescentum, repetendam esse depravationem, qui contra fas, legesque ipsius ginnasij turpissime se dedunt ignaviæ: id ab effectibus et repugnantibus demonstrate. Quærite quid hic gerat, qui animo est a litteris aversus, qui nihil præstat eorum, quæ discipulos probe exercet. Quispiam respondebit nihil: id autem repugnare vos probabitis. Nam qui vivit, qui vigilat, qui sentit non potest, quin saltem aliquid cogi- tet: qui vero huic otio indulgent quid cogitabunt? Utili, aut præclari certe nihil. Quid igitur? Vos qui facile conjectura assequemini quid possint hujusmodi adolescentes cogitare. Ad- dite aliud argumentum ex conditione, et proposito ejus, qui otio se dedit. Si enim voluptatis causa et studio huic se vivet de- vovet: unde igitur sibi voluptatem comparabit? Non ex litte-

ris, a quibus abhorret. Unde igitur? Ex sensuum indulgentia? <u>etc.</u> Sed haec vos ipsi, et videtis et opportune tractabitis.
Quid vero si diligentius totam hujusmodi adolescentum vitam pervestigatis? Quid si recognoscitis, et contuemini mores ipsorum? An quidpiam abesse ab impudicitate reperietis? Quid? Temporis jactura, et optimae aetatis exitium nonne et maximum detrimentum censendum est, et animi dissolutio? Ipse vero majorum contemptus <u>etc.</u>
Diligentius perscrutamini hanc vivendi rationem, atque ex Adjunctis otiosae, et ignavae eorum vitae, si vos Consequentibus inveneritis, quo pacto etiam si nihil aliud inferret pravitatis, otium tamen animos infringere, et foedam esse depravationem adolescentum. Huc veniunt majorum timore neglectae curae, praecipue contempta praecepta, leges violatae, socii illata molestia, aliis propositum pravum exemplum, quae omnia satis olere improbitatem clamitare <u>etc.</u> plane constabit. Hinc ad propositum vestrum gravissimam Senecae sententiam adferetis, qui Epistola 82 inquit: <u>otium sine litteris mors est, et vivi hominis sepultura</u>. Ex hac vero sententiam hic majori quadam vi vestrum argumentum instaura-

rabitis: nam si cæteris ætatibus etiam gravioribus otium hujusmodi tantum infert probri, et infamiæ et fæditatis, quam pervertet adolescentiam, quam ipsam contaminabit?! Huc veniunt omnia, quæ vobis desunt ad satis firmum præsidium: contra probabitis illecebras, maturum judicium, annis confirmata, ac rerum usu experientia etc. Ea quæ urgent magis ad cupiditatum intemperantiam, indulgentiam, ætas ætati caresiniciem, et incensæ voluptatum appetiones. Addite quod si homines ætatum provectiorum litteris adicti non sunt alii certe utilibus negotiis detinentur, quibus vitam suam sine dedecore valeant exercere. Vos vero in hac æstuum juventute in hoc gimnasio si litteras negligitis, si etc quid superest honesti vobis peragendum etc.

Sed quando ab instituta litterarum laude longius vagaminur! Cum enim ab exordio proposuerimus magnam esse bonarum artium cum virtute cognationem, quo nos abripere sinimus, vel ad hæc defendenda gimnasia a calumniis imperitorum, vel ad otium discipulorum vituperandum, atque ipsum in causam et culpam omnis eorum depravationis vocandum?! Non me imprudentem Auditores ad hæc diligentius persequenda traduxit Oratio. Postquam enim etc.

Propositum et consilium nostrum explicato in suscepta ratione dicendi atque ex vi consequentium ea, quae hactenus a nobis fuerunt demonstrata ostendite illud ipsum probare quod ab initio contendebamus. Postquam enim satis constat otium esse causam omnis nequitiae, et pravitatis discipulorum, quam et illud planum fiet illud esse virtuti consentaneum, quod otium ipsum discipulis interdicit. Quis autem non videt vel in primis studia litterarum otio, et ignaviae esse inimica? Id partiemur quam scilicet ab otio avocabant discipulos suos cultores artes ingenuae, et liberalia studia expolite diligentius, tum discipulorum bonarum artium ardore fragrantium exemplo, tum parentum testimonium, qui filios hujus indolis nacti sunt. Quam partem concludere poteritis Ciceronem immitantes, ubi agit de publicanis concluditque iis verbis: certe si vectigalia etc= =ut in Oratione pro Lege Manilia. Quod si hoc ipso, quod ex animis adolescentium otium exturbent, atque exterminent studia litterarum, censeri haec debent maxime frugifera, atque virtutis virtutem, cultumque animorum aptissima; quod otio excluso, omnem prope vitiorum, et foeditatis aditum obstruere

videantur, quam eadem salutaria censebimus, quod eas induxant vitę rationes, quę vehementer ab omni turpitudine, et vitę dedecore abhorrent. Qua de re mitto etcc.

Imitamini Ciceronis exemplo, quod nuper sub capite de Repugnantibus interpretati pro Publio Sulla, quem orat ator Sero suspicione utitur ex hoc loco purgare. Vos inducta Preteritione, decus et splendorem indicabitis, scientiarum laudem, et gloriam litteratorum hominum etcc. Tum quem vitiis repugnant hęc studia litterarum ostendite, quęrentes quęnam in adolescente scientiarum cupidissimo, ac studio bonarum artium deditissimo, quę ingenii possint esse vitiorum irritamenta, qui stimuli, quę faces. Vitiorum causas indagate invenietis hujusmodi esse intemperantes cupiditates promptas voluntatum appetitiones etcc. Has vero vel restringui, [illegible] vel in officio contineri studiis litterarum plane demonstrabitis, subjicientes quid cupiant homines prę clarisfacultatibus addicti, quid ipsi persequantur etcc. His vero constitutis ad exitum properate, brevique eorum collectione quę sunt fuse a nobis explicata, illud planum facite quod ab exordio proposuimus. Ut autem id etiam constet majori auctoritate, illud adjicere poteritis, quod est omnium sapientum

consensione probatum, atque ita sapienter eleganterque ab Horatio expressum: virtus est vitium fugere, et sapientia, prima stultitia caruisse. Si igitur etc.

Nil Deo clausum est.

Vix possum adolescentes ab instituto declinare, atque exercitationes dicendi sejungere a recte vivendi preceptis, que cum invenio apud viros doctrina quidem prestantes, sed a vera divinaque religione alienos, tamen quidem movent, ut ea nequeam ipsa preterire cum adiri tam recte instituenda mihi quidem videantur magnam cujusque animis, ac nostrum presertim ea vim adhibere. Dum igitur hodierna luce vobis propono auditis nihil Deo clausum esse, nihil etc. Brevem adjicite sententie interpretationem, tum preceptum ipsum commendate; quod maxime utile censendum sit, ac vere sanctissimum, tum quod idem certissimum sit, atque clarissimum. Deinde a quibus auctoribus id doceatur ostendite, id nobis perspectum esse, id ceteris, qui vera religione et fide sunt imbuti, permittite; sed postea adjicite tanta id ipsum veritatis luce perfusum esse tam insitum, atque insculptum animis cujusque, tam a natura ipsa proclama=

tum esse, ut vel ipsi Philosophi, qui Fidei lumine afflati non erant, imo ipsæ barbaræ nationes illud cognoverint. Traducite orationem ad eam peculiarem sententiam, quam initio proposuistis, et eadem ratione inquirentes cujus ea sit, primum negabitis cujusquam esse ex nostræ religionis luminibus, tum affirmabitis Senecæ illud esse addetis quid contendat, quid insinuet tam morali præceptio. Plane enim videtis ex divini luminis tam intima præsentia, quid deducere, quid concludere oporteat. Sed omnia fient planiora paulo fusiori ejusdem Philosophi sententia, qui Epistola 83 inquit: Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? Nihil Deo clausum est interest animis nostris, et cogitationibus mediis intervenit.

(B)

Sic certe vivendum, tanquam in conspectu vivamus. Non est cur latebras inquirant homines, cur se abdant in tenebras, ut quidpiam sine teste ac sine judice vel admittant vel meditentur. Quamvis enim sese oculis eorum, quos inter homines maxime verentur, abscedant, atque eripiant, non ejus tamen conspectum declinare

possunt, qui omnia scrutatur, cujus omnia, ut vel ipsi testantur Poetae, plena sunt, cui obscurum nihil potest esse; ut inquit Tullius, quique, ut confirmat idem orator, et philosophus, qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat Religionem, piorumque, et impiorum habeat rationem.

Jam vero etc. Ex praemissa veritate opportunam deducite Comparationem, qua ostendatis a Viri, quam sit utile prae oculis, et mente Dei conspectum et praestantiam nobiscum perpetuo gerere, atque omnia ad ejus intuitum moderari, ut nihil nisi recte et honeste a nobis agatur. Ex humana consuetudine omnibus nota desumite comparationis fundamentum. Constat enim neminem esse tam proruptae audaciae, tam effrenatae licentiae, qui coram Civitatis Moderatore, ac supremo Magistratu, legum Custode, et vindice audeat leges ipsas violare, atque infringere. Hinc vero vos argumentamini, neque pariter ullum extiturum, tam impium qui cum advertat agere se omnia in divini Nu-

Numinis conspectu etc. velit æternas ipsius leges in ejus oculis contemnere etc. Hæc omnia diligenter expolita; ac præsertim, quam intima sit Dei præsentia, quam hæc sinus et latebras animorum pervadat: qua ratione omnia discernat etc. Expleta Comparatione subdita Optatione, qua illud expetetis, quod hinc aperte constat maxime profuturum; atque eleganti ac præposita Amplificatione, qui in Orbem universum fructus hujus divinæ præsentiæ inimitentur significate. Id autem totum verbis ab exordio inductis insinuari, ac suadere ab eodem, quem in superiori exercitatione induximus, Seneca declarabitis. Verba ipsa explicate ad rem vestram & pauca quæ sequentibus ex eadem epistola proferte; idem enim præcipit, ut cogitandum tamquam aliqui in pectus intimum inspiciat: mox ea docet, quæ jam supra retulimus. Quibus omnibus constat, quæ fuerit Senecæ sententia. ex ipsa autem vos bene colligetis Hortationem ad Auditores.

B.

De Ratione Estus temperandi.

Epistola Familiaris.

Quispiam ex veterum socii declinandi estus immodici causa rus petierit per hosce dies. Rure autem ad vos in urbem scribat, nihilo mitiori uti vel aere, vel cœlo, immo dicit, magna parte ardentius, quam in urbe torreri. Idem a vobis postulat, ut si qua suppetit vobis leniendi caloris ratio, velletis ipsi communicare. Vos exordium E=pistolæ unde magis lubet sumite. Vos etiam semper ex=istimastis ad mitigandos calores rus esse opportunissimum significate. Venuste inducite illa Horatii elegantissi=ma carmina:

> Novistine locum potiorem rure beato?
> Est ubi plus tepeant hiemes, ubi gratior aura
> Leniat et rabiem canis, et momenta Leonis,
> Cum semel accepit solem furibundus acutum?

Hinc lepide argumentamini, si id parum nihil pro=dest, quid in urbe erit levaminis, quid in gymnasio? Festive tamen describetis, simulque improbabitis artem aliquam, qua frustra vestrum non nulli utuntur ad abigendum calorem. Flabellorum usum adducetis ad faciem

refrigerandam. Poteritis id explicare satis elleganter Ovidii versu:

Proficit et tenui ventos movisse flabello.

Nos vero nihil proficere demonstrabitis saepe experti. Hoc enim depellitur quidem tantisper ex cuti fervidus aer, qui vultum urit, sed postquam tenuis illae aurae motus cessaverit, ardens rursum aer ad faciem redit, et haeret molestius jam paululum refrigerata. Addite laborem ad flabellum exagitandum, qua dum facies ad punctum temporis recreatur, totum corpus diffluit sudore. Huc venit ingens ea cura in flabellum bene pictum sit, ita ipsum pertractandi, ut caeteri videant, et laudent opus exquisitum. Alios subiicere poteritis, qui aestu delassati, per scamna inconcinne projecti jacent omnino desides. Horum molestiam caeteris graviorem describetis, tam male aestu vexatos, tam anxio laborantes anhelitu, ut si linguam paululum exererent, non differrent plurimum a canibus ex diuturna venatione sese intecta recipientibus

Quid hinc vestri consilii sint subjungite optimo Horatii precepto:

Durum, sed levius fit patientia
Quidquid corrigere est nefas.

